

✚ Si contingat fieri in j. Vesperis plures Memorias de aliis Confessoribus Antiphonas proprias non habentibus,

Pro prima Memoria dicatur Antiphona **Similábo eum.**, ut in ij. Vesperis ad Magnificat.

Pro secunda Memoria dicatur Antiphona **Dómine quinque talénta.**, ut in ij. Vesperis super Psalmos.

Pro tertia Memoria dicatur hæc Antiphona :

Ant. 

j.
toni. ECCE vere Isra-e-lí-ta, in quo dolus non est.

✚ Dicta Antiphona ut supra, si de uno Confessore Ordinis Prædicatorum fiat Memoria, sequitur

℣. Ora. pro nobis beáte N. ℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. Et repetatur, mutato nomine, si in Vesperis occurrerit Memoria de alio Confessore, aut de Martyre Ordinis Prædicatorum.


✚ Ad Memoriam autem seu Memorias de aliis Confessoribus, post singulas Antiphonas dicantur singuli Versiculi, ordine infrascripto.

I. ℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. ℞. Stolam glóriæ induit eum., nisi jam post Hymnum dictus fuerit.

II. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℞. Et osténdit illi regnum Dei.

III. ℣. Justus ut palma florébit in domo Dómini. ℞. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

✚ Ad faciendam Memoriam plurium Confessorum.

Ant. 

j.
toni. FULGEBUNT ju-sti, et tamquam scin-tíllæ